¶ Pręfatio Gilberti pictauienſis in apocalipſim Johannis.

OMnes qui pie volunt viuere in chriſto (ſicut ait apoſtolus) pſecutionē patient᷑. Juxta illud: fili accedēs ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia ⁊ timore. ⁊ p̄para animā tuam ad tentationē. Tentatio nanq̧ ē vita hominis ſup terrā. ne aūt fideles in his deficiant: ꝯſolatur eos dominus. atq̧ ꝯfirmat dicens: vobiſcū ſum vſq̧ ad ꝯſummationem ſeculi. Et nolite timere puſillus grex. ꝓpter ea vidēs deus pater tribulatiōes quas paſſura erat eccleſia ab apoſtolis fundata ſuper petrā chriſtum. vt minus timeat: diſpoſuit vna cū filio ⁊ ſpirituſancto eas reuelare. Reuelauit autē tota trinitas chriſto ſcḋm humanitatem. chriſtus vero iohanni ꝑ angelū. iohannes eccleſię: de qua reuelatione hunc librum ꝯpoſuit. Unde ⁊ liber iſte apocalipſis dicit᷑. i. reuelatio Quia hic ꝯtinētur quę deus reuelauit iohanni. ⁊ iohēs eccleſię. Quanta ſcʒ eccleſia paſſa ſit tēpe primitiuo ⁊ nunc patiat᷑. ⁊ nouiſſimis tꝑibus antichriſti paſſura ſit. quę tanta erit tribulatio: vt fieri poteſt ꝙ etiā moueant᷑ electi. ⁊ ꝓ his ⁊ nunc ⁊ in futuro p̄mia ſit ſuſceptura. vt quos denunciata ſupplicia terrēt. ꝓmiſſa p̄mia lętificent Ideo iſte liber inter reliquas ſcripturas noui teſtamenti ꝓphetię nomine cenſet᷑: quę alijs excellentioꝛ eſt ꝓphetijs ſicut enim nouū teſt. p̄ſtat veteri: euangeliū legi: ita hęc ꝓphetia ꝓphetis veteris t. qꝛ de chriſto ⁊ eccleſia magna ex ꝑte iam adimpleta ſacramenta denunciat. Vel etiaʒ ideo. q̇a cū alijs vnifaria. iſti trifaria data eſt ꝓphetia ſimul. ſ. de p̄terito ⁊ p̄ſenti ⁊ futuro. Ad cuius ꝯfirmandam autoritatem. ꝯcurrit etiā autoritas. mittentis. deferētis. ⁊ accipiētis. Mittētis. ſ. trinitatis. ⁊ deferentis angeli. accipiētis. ſ. iohannis. Cum aūt iohanni hęc in viſione fuerunt reuelata. ⁊ ſunt tria genera viſionū. ſub quo genere contineat᷑ videndum ē. Viſio eīm alia corꝑalis. quādo videlicet corꝑalibus oculis aliq̇d videmus. Alia ſpiritualis ſeu imaginaria. cum videlicet dormiētes vel etiā vigilantes imagines rerū cernimus: quibꝫ aliqḋ aliud ſignificat᷑. Sicut videlicet pharao ſpicas ⁊ moyſes rubū ardere: ille dormiēs. iſte vigilans. Alia intellectualis. quādo videlicet ſpirituſancto reuelāte. intellectu mētis veritatē myſterioꝝ ſicut ē capimuſ. Quo mō vidit iohānes quę in hoc libro referunt᷑. Non eīm figuras tantū vidit ſpiritu: ſed earū ſignificata mēte intellexit. vidit autē iohannes ⁊ ſcripſit in pathmos inſula relegatus a domiciano ī exilio principe īpijſſimo. hac cum ad ſcribendū cōpellente cauſa: quia dum exul teneret᷑ a domiciano in pathmos inſula. ī eccleſijs quibus p̄erat. multa pullulauerunt atq̧ īoleuerūt vicia. atq̧ diuerſę hęreſes. Erant eīm quidaʒ hęretici. ibi dicētes: chriſtū nō fuiſſe ante mariā. quia tēporaliter de ea natus erat. Quos iohannes ī principio euāgelij ſui redarguit dicēs: In principio erat verbū. ⁊ in hoc libro cum dicit: alpha ⁊ o. i. principiū ⁊ finis. Dicebant etiā quidā eccleſiam pōdere tribulationū ante finem ſeculi deſituram: ⁊ ꝓ labore nō p̄mium ęternum ſuſcepturam. horū ergo errores volens deſtruere iohannes. oſtendit chriſtum principiū eſſe ⁊ finem. Unde yſaias ante me nō ē formatus deuſ. ⁊ poſt me nō erit. Et eccleſiam ꝑ exercitium tribulationū nō deſinere. ſed ꝑficere: ⁊ pro his brauium ęternum recipe vel ſuſcipe. Scribit aūt iohannes. vij. eccleſijs aſię. ⁊ eaꝝ ſeptē epiſcopis de p̄dictis inſtruens ⁊ in eis ꝑ eam totam generalē eccleſiam docens. Eſt itaq̧ materia iohannis in hoc oꝑe. ſtatus ſpecialiter aſianę eccleſię. nec ñ ⁊ totius eccleſię. videlicet quę in p̄ſenti patiat᷑. ⁊ in futuro receptura ſit. Intentio vero eius eſt monere ad patiētiam quę ſeruāda: tum q̇a breuis laboꝛ: tum qꝛ p̄mium magnū. Modus tractādi talis: primo p̄mittit prologum ⁊ ſalutationē vbi reddit auditores benignoſ ⁊ attētos. quo p̄miſſo accedit ad narrationē. Ante narrationē vero oſtēdit chriſtum eſſe ab ęterno ſine principio ⁊ fine. inducens ipſum loquēteʒ ⁊ dicentem. ego ſum alpha ⁊ o. i. principiū ⁊ finis. poſtea accedēs ad narrationē. diſtinguit ſeptē viſiones: quibꝫ terminatis iſte liber conſumit᷑. Premittit aūt prologum dicēs: Apocalipſis iheſu chriſti ſubaudis hęc ē. Sicut ī alijs: viſio yſaię hęc ē. ⁊ ꝑabolę ſalomonis hę ſunt.

SIcut in ſecularibus libꝛis tria quęrunt᷑. Intētio. ſ. vtilitas. ⁊ cui parti ꝓhię ſupponat᷑. Sic quoq̧ in hoc libro diuino tria quęrunt᷑. materia. intentio. vtilitas. ⁊ cui ꝑti humanitatis. i. vitę ſubiaceat. Vita eīm alia philargica. alia practica. alia theorica. i. ꝯtemplatiua. cui liber iſte ſubiacet. Intentio ē auctoris huius ponere ſigna. ꝑ quę ꝯmendet nobis patientiā. i. faciet nos patiētes ꝓ nomine chriſti: ut de patiētia eundo ad ꝯtemplationem cęleſtis glorię. ꝑuenire poſſimus ad vtilitatē. ad remunerationē. ſ. patientię noſtrę. i. ad duplicē ſtolam animę. ſ. ac corꝑis beatitudinem. Et notandū quomō patientiā ꝯmendet. oſtendēdo. ſ. ꝑ varias ſimilitudines vt ꝑ equos ⁊ ſimilia. ꝑſecutiones pręſentis ⁊ futurę eccleſię in tēpoꝛe antichriſti. i. diuerſas tribulationes diuerſoꝛum ſtatuū eccleſię p̄munit nos referēdo: vt fortiores ſimus ad ſuſtinendum. nam leuius lędit quidquid p̄uidimus ante. Illud quoq̧ ſciendū. ꝙ potius ꝯmendat patientiam. Ideo videlicet: qm̄ fundamentū ē omnium virtutū. prudentio teſte qui ait: vidua vel debilis ē virtus quā non patiētia firmat.

DEus pater p̄uidens tribulationes quas paſſura erat ſancta eccleſia: poſtq̄ʒ ab apoſtolis fuit fundata. diſpoſuit cum filio ⁊ ſancto ſpiritu eas tribulationes ⁊ eaꝝ p̄mia reuelare. Jacula eīm q̄ p̄uident᷑ minus lędūt. Ita chriſto manifeſtauit ſecundū humanitatē. chriſtus iohanni. ⁊ iohānes eccleſię reuelauit. qui excellebat omnibuſ priuilegio caſtitatis. ⁊ qui gratia dei interp̄tat᷑: q̄ omnia bona quę agebat. gratię dei aſcribebat. ⁊ qui omnia īmania tormentoꝝ ęquanimitate mētis ſuſtinebat. Sed q̇a ꝯſtat hanc reuelationem factam eſſe ī viſione. videndū ē ſub quo genere viſionis ē. viſio eīm alia corꝑalis ē: alia ſpūalis. alia ītellectualis. Viſio corꝑalis ē qua videmus celū ⁊ terrā ⁊ cetera talia. Viſio ſpūalis eſt quādo in eo qḋ videt᷑ aliud p̄tendit᷑ ſicut fuit de moyſe q̄ vidit rubum nō ardentē ardere: qḋ aliud ſignificabat. Intellectualis vero quādo ſpirituſancto ītimante aliq̄s cōſpicit aliq̇d myſticum: ſicut ſanctus iohānes in hoc libro fecit. nam nō realiter iſta vidit: ſed diuino flamine īſpirante. ꝯuenientia ſigna paſſionū deſignatiua ītellectui ſuo cōfigurauit. Nunc q̄ ſit materia illiꝰ videamus. Materia illius ſunt ſeptē ſigna. i. genera tribulationū. Intētio vero ē nos īuitare ad patientiā: vt ꝑ patientiam veniamus ad ꝯtēplationeʒ. ꝑ ꝯtemplationē ad reuelationē. Inde ad beatitudinē in qua habemus finalē cauſam huius opis: ⁊ q̇a non q̄ritur in diuinitate de phia ſed de vita videamus cui vitę ſupponat᷑. Vita. alia theoꝛica. i. ꝯtemplatiua. alia practica. i. actiua. Sed practicā ad theoꝛicā conſtat referri. Et notandū ē quare nos magis ad patiētiā q̄ʒ ad alias virtutes īuitet. ad qḋ dicendū ē: ꝙ ſic fides ē fundamētū omniū virtutū: ſic patientia quodāmodo ē ſuſtentamentū: vnde prudentius Uidua ē virtus quā non patiētia firmat. Notandū vero ē quandam ꝑtem huius libri. ꝓ ꝓhemio vel ꝓ ꝓlogo accipi. ſ. vſq̧ ad illū verſum. Ego iohānes fui ⁊c. In q̄ ꝑte nos inuitat ad legendū ⁊ ad audiendū ⁊ ad ſeruandum: qꝛ ſi hoc fecerimus beatitudinē ꝯſequemur. ⁊ ſic cōmēdat opus ſuū. legēdus ē iſte liber. qꝛ ē apocalipſis iheſu chriſti. i. reuelatio ñ cuiuſlibet ſed iheſu chriſti. Vel legendus ē liber hic. q̇a beatus ē qui legit ⁊ qui audit verba ꝓphetię lectionis huius. i. apocalipſis. i. reuelationis iheſu chriſti.

APocalipſis hęc inter reliquos noui teſt. libros ꝓphetia vocat᷑. ſed alijs excellētioꝛ ꝓphetijs. qꝛ de chriſto ⁊ eccleſia magna ex ꝑte adīpleta iam ſacramenta denunciat. vel etiā ideo. q̇a cū alijs vnifaria iſti trifaria data ē ꝓphetia ſimul. ſ. de p̄terito. de p̄ſenti ⁊ de futuro. ⁊ ſicut euangeliū legis obſeruantias. ſic iſta ꝓphetia excellit veteres a lōge. ꝓſpiciētes vētura ꝓphetias

Ad cuius roborandam firmitatem occurrit etiam autoritas mittētis deferentis ⁊ accipiētis. hanc em̄ deus .i. tota trinitas miſit: nam de patre dicit: mittens p̄ angelū ſuum. filius aūt dicit: ego iheſus miſi angelū. Sed ⁊ de ſpiritusancto hoc ſcriptū eſt: dn̄s deus omnipotēs. Sciendum itaq̄ȝ quia cum ſine additamēto ſpiritus ponitur: tota trinitas frequētius intelligitur vnde eſt. Spiritus ē deus. Et qui habet aures audiēdi audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et quanquā angelus ſolius verbi incarnati pſonam geſſerit: tota tn̄ trinitas in angelo opata ē. Q̄ autē iohānes ī exilio iſta vidit, manifeſtat chriſti fidē in terrenis pſſuris celum vēdicare. Et ſciendū q̄ cum dicit apocalipſis ſubaudiendū ē hec eſt. ſed hunc modum locutionis qui cum diminutione verbi fit. frequēter inuenimus in diuinis ſcripturis: vnde ſalomon ait; ſine adminiculo verbi Parabole ſalomonis. ⁊ yſaias viſio yſaie.

Alpha principiū ē elementoꝝ grecoꝝ ⁊ o. finis. quod bene cōuenit illi de quo dicit yſaias: ante me nō eſt formatus deus: ⁊ poſt me nō erit. Cauſa que beatū iohannē ſcribere monebat. quia interim dum ipſe exul teneret a domiciano. In eccleſijs quibus ipſe pfuerat nequitie multe inoleuerūt. ad quoꝝ correctionē ipſe ꝯmonetur p angelū ī viſione ſiue dormiens ſiue ſpiritualiter raptus. Per hoc q̄ iohannes omni humano eloquio ⁊ auxilio deſtitutus. diuinitus eſt viſitatus. innuitur nobis q̄ quāto magis ab hoc tumultu recedimus: tāto magis diuina viſitatione digni iudicabimur. Et ē materia in hoc libro eccleſia. de qua omēs fiunt viſiones. Quidquid aūt inducit de antichriſto ⁊ demonibus: ad cōpbationem eccleſie fit. Hoc aūt modo tractat de hac materia .ſ. oſtendendo ꝯdicionem ipſius eccleſie ſecundū pſentem ⁊ futurum ſtatū. ſecundum pſentem q̄ multas pſecutiones oporteat hic pati eccleſiam. Et item in pſenti etiam multas dignitates. vt remiſſionē peccatorum illuminationem animarū ⁊ talia. In futuro aūt obtinere vitā ⁊ interminabilē leticiā. Finalis cauſa ē. vt ſibi ſubditos quibus principaliter ſcribit: deinde ceteros admonet ad ſuſtinēdas tribulationes cū patiētia. niſi diffidentes de remuneratione magna.

Nomen etiā auctoris querit. qd̄ gratia dei dicit. quod eſt iohannes. Quod bene ꝯuenit intentioni. omnes eniȝ p chriſto patiētes gratia dei .i. auxilio dei patiunt: aliter em̄ deficerent. ſicut dicit apoſtolꝰ: Gratia dei ſū id qd̄ ſum. Locus quoq̄ȝ in quo ꝯpoſuit notatur. pathmos videlicet inſula in qua poſitus in exilium fuerat a domiciano ceſare propter verbum dei quod pdicabat. Per quā inſulam deſignat eccleſia que quotidie aſſultus huius ſeculi patitur. immobilis tamen exiſtens. pathmos enim ebullitio vel fretum interpretat. Videndū quo modo viſionis iohannes talia vidit. Tres nanq̄ȝ modi viſionum ſunt. vnus cum celum. terram ⁊ ſimilia corporeis oculis videmus. Alius cum dormiētes vel etiam vigilantes aliquid videmus per qd̄ aliud figuramus. ſicut pharao vidit craſſas vaccas vel boues ⁊ macras. Alius modus eſt intellectualis. cum aliquid mente cōcipimus nō per imagines: ſed ſicut ē: vt dauid in pſalmis dicens: audiam quid loquat in me dominus deus. Johannes vero imagines ī mente vidit: ⁊ in eis veritatē intellexit.

Materia ſtatus aſie ⁊ totius pſentis eccleſie. littera ſic. ac ſi ita ꝯmoneret: attendite hanc viſionem: quia viſio reuelata ē in chriſto iheſu. Qualitas .i. modus tribulationes intus ⁊ exterius econtrario ꝯſolationes. locus breuis labor. ⁊ certa pmia. Intentio patiēter ferre omnia.

ſ vt habetur in quibuſdam biblijs.

Prologus alius Hieronimi.

Apocalipſis iheſu chriſti iohannis tot habet ſacramenta quot verba. Et p merito voluminis laus omis inferior. i verbis ſingulis multiplices latent intelligentie.

C. .I.

Prologum pmittit ſalutationē in vtroq̄ȝ captat.

Apocalipſis ihe. chri. Preparat auditores beniuolos ⁊ attētos ſicut ⁊ ibi iohes ſeptē eccleſijs que ſunt in aſia.

Quā dedit ⁊c. Secundū hominem accepit eam a patre ⁊ verbo ſibi counito. ⁊ ſpiritusancto.

Que oportet. Quaſi ⁊ ineuitabile eſt quin fiant. ⁊ vtile ut fiant.

Oportet vt patiant tribulationes cito.

ſ hec ē reuelatio

Apocalipſis iheſu chri
ſ deus pater vt nihil debens.
ſti quā † dedit
† chriſto ſ verbo et exemplo.
illi deꝰ palā
ſ nō iudeis nō phis ſ de his
facere ſeruis ſuis. que oportet fie
ſ vl ī breui ſ .i. p ſignū oſtendit.
ri cito. ⁊ ſignificauit mittens per
ſ pſonā chriſti habētē ſ nō ſupbo ſed humili.
angelum ſuum ſeruo ſuo iohanni
Qui teſtimonium phibuit verbo
dei: ⁊ teſtimonium iheſu chriſti in
† vt litterati
his quecunq̄ȝ vidit. Beatus † qui
ſ vt layci ⁊ addiſcētes ſ libri
legit. ⁊ qui audit verba prophetie
ſ lector ⁊ auditor
huius: ⁊ ſeruat ea que ī ea ſcripta
ſ aūt
ſunt: tēpus enim prope ē. Johan
nes ſeptem eccleſijs que ſunt in
† remiſſio peccatoꝝ ſ quies a vicus.
aſia † gratia vobis. ⁊ pax ab eo
ſ .i. a chriſto
qui eſt. ⁊ qui erat. ⁊ qui vēturus ē

Cito. Dicit vt ſe pent ne ſit graue pati cito finiēdi ſunt labores ⁊ pmia danda.

Breuis labor. feſtinata gloria.

Et ſignificauit. Deus pater filio ⁊ filius iohanni ſub ſigillo .i. ſub ſcripto. ne locus ſit furibus puertēdi. ⁊ vt gratius ſit fidelibus ſi cū exercitio cōſequantur.

Qui teſtimoniū per. Qui teſtat verba ipſius chriſti habita. tam de verbo .i. diuinitate q̄ȝ de humanitate iheſu chriſti.

Verbo dei. Filius vocat verbuȝ dei quia p euȝ manifeſtatus ē in mundo pater

In his quecūq̄ȝ vidit. In his que corporaliter vidit vt paſſum. vel ſola mēte vt fuiſſe cū patre ante omnia.

Beatus qui le. Chriſtus dedit mihi beatus autē qui a me acceperit.

Beatus qui legit ⁊ audit ⁊c. Quia hec apocal. ē iheſu xp̄i ⁊c.

Qui legit .i. qui narrat alijs que audiuit. q̄a plures ab vno legente poſſunt audire. Vel audient. ⁊ in hoc notat auditores. q̄a plures.

Illi ſoli beati q̄ audiunt vt mente recondant. ⁊ mente recondunt vt ope cōpleant. ⁊ ope implent vt vitā eternā poſſideāt.

Seruat ea. Ita dico ſi ſeruat. Non em̄ auditores legis ſed factores iuſti ſunt.

Seruat ea. Qui fidem chriſti ⁊ eccleſie non violat. ⁊ timet minata: ⁊ grit pmiſſa. vere beatus. quia nec longa mora laboris ⁊ pmia vicina.

Septē eccleſijs. Principaliter illis quibꝫ magiſter erat cōſtitutus. ⁊ per ſimile alijs.

Deus dedit chriſto. chriſtus iohāni. iohes autē eccleſijs. vel p ſeptē vniuerſe eccleſie: quia ſeptem vniuerſitatē ſignificāt. vel q̄a ſeptiformi ſpiritu illuſtrantur.

In aſia. Aſia ē elatio. Eccleſia ergo nūc ē ī elatiōe ꝟtutū. vel oli vicioꝝ

Aſia ē iſta. nō magna illa .ſ. que dicit tercia pars mundi. ſed quedam puincia vbi erāt ſeptē ciuitates. ⁊ ſeptē eccleſie cū ſeptem epiſcopis.

Aſia minor ē ps maioris aſie ꝯtinens ſeptē ciuitates quaꝝ epheſus ē metropolis. In hac minori euāgeliſauit paulus. ſed poſtea in diuiſione apoſtoloꝝ iohannes eam obtinuit.

Epheſus metropolitana ſedes totiꝰ aſie in qua iohannes pfuit

Gratia et pax. Preparat auditores ī ſalutatione beniuolos. ⁊ attentos. ſicut ⁊ in plogo.

Qui ē qui erat ⁊c. Eternaliter q̄ȝuis natus ex tpe. iam īmutabilis p humanitatē. ⁊ olim corruptibilis. talis vēturus ē. ⁊ ſi mō nō apparet talis.

Et a ſeptē ſpiritibus. Spiritus idē ſonat qd̄ charitas. vnde attribuit ſpiritui remiſſio peccatoꝝ. ⁊ alia dona que ſunt dona totius trinitatis vt ītelligamus trinitatē ex ſola dilectione opari.

Perſonam patris tacet. q̄ȝ de deo creatore nemo male ītellexerat. ponit